

Ascension de Notre-Seigneur

Jeudi 29 mai 2025

○ 1ère classe

INTROÏT *Actes des apôtres 1, 11*

Viri Galilæi, quid admirámini aspiciéntes in cælum ? allelúia : quemádmódu vidístis eum ascendéntem in cælum, ita véniet, allelúia, allelúia, allelúia. **Ps. 46** Omnes gentes, pláudite mánibus : iubiláte Deo in voce exsultatiónis. **V̇.** Glória Patri.

Hommes de Galilée, qu'est-ce que vous admirez en regardant le ciel ? Alléluia. Comme vous l'avez vu monter au ciel, ainsi il reviendra, alléluia, alléluia, alléluia. **Ps. 46** Tous les peuples, battez des mains ; chantez Dieu dans des transports de joie. **V̇.** Gloire...

COLLECTE

Concède, quæsumus, omnípotens Deus : ut, qui hodiérna die Unigénitum tuum, Redemptórem nostrum, ad cælos ascendísse crédimus ; ipsi quoque mente in cælestibus habitémus. Per eúndem Dóminum.

Dieu tout-puissant, nous croyons qu'en ce jour votre Fils unique, notre Rédempteur, est monté aux cieus : accordez, nous vous en prions, que nous habitons aussi nous-mêmes en esprit dans les cieus. Par le même...

LECTURE *des Actes des apôtres 1, 1-11*

Primum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Iesus facere et docere usque in diem, qua, præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúptus est : quibus et præbuit seípsum vivum post passióem suam in multas arguméntis, per dies quadragínta appárens eis et loquens de regno Dei.

Et convéscens, præcépit eis, ab Ierosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissionem Patris, quam audístis (inquit) per os meum : quia Ioánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímmini Spíritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes : Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israël ? Dixit autem eis : Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte : sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Ierúsalem et in omni Iudæa et Samaría et usque ad últimum terræ.

Et cum hæc dixísset, vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscepit eum ab óculis eórum. Cumque intuerétur in cælum eúntem illum, ecce, duo viri astitérunt iuxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt : Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum ? Hic Iesus, qui assúptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmódu vidístis eum eúntem in cælum.

J' ai raconté dans mon premier livre, ô Théophile, tout ce que Jésus a fait et enseigné depuis le commencement jusqu'au jour où il fut enlevé au ciel, après avoir instruit par l'Esprit Saint les apôtres qu'il s'était choisis. Depuis sa passion, il s'était montré à eux plein de vie, leur en donnant de nombreuses preuves, leur apparaissant pendant quarante jours et les entretenant du royaume de Dieu.

Et mangeant avec eux, il leur commanda de ne pas s'éloigner de Jérusalem, mais d'attendre la promesse du Père « que vous avez entendue, leur dit-il, de ma propre bouche ; car Jean a baptisé dans l'eau, mais vous, sous peu de jours, vous serez baptisés dans le Saint-Esprit ». Or, ceux qui se trouvaient là lui demandèrent : « Seigneur, est-ce maintenant que tu vas rétablir le royaume d'Israël ? » Mais il leur dit : « Ce n'est pas à vous de connaître les temps ni les moments que le Père a fixés de sa propre autorité ; mais vous recevrez la force de l'Esprit Saint qui descendra sur vous et vous serez mes témoins à Jérusalem, dans toute la Judée et la Samarie, et jusqu'aux extrémités de la terre. »

Après ce discours, sous leurs yeux, il s'éleva, et une nuée le déroba à leurs regards. Et tandis qu'ils le regardaient partir dans le ciel, voici que deux hommes vêtus de blanc se présentèrent à eux et leur dirent : « Hommes de Galilée, pourquoi vous tenez-vous là, à regarder vers le ciel ? Ce Jésus qui, du milieu de vous, a été enlevé au ciel, viendra de la même manière que vous l'avez vu monter au ciel. »

ALLÉLUIA Psaume 46, 6 / Psaume 67, 18-19

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Ascéndit Deus in iubilatióne, et Dóminus in voce tubæ. Allelúia. *Ÿ*. Dóminus in Sina in sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

Alleluia, alléluia. *Ÿ*. Dieu monte au milieu des acclamations ; le Seigneur s'élève au son de la trompette. Alléluia. *Ÿ*. Le Seigneur est dans son sanctuaire comme au Sinaï ; il monte au ciel, emmenant avec lui la foule des captifs. Alléluia.

+ ÉVANGILE *selon saint Marc 16, 14-20*

In illo témpore : Recumbéntibus undecim discípuis, appáruit illis Iesus : et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis : quia iis, qui víderant eum resurrexisse, non credíderunt. Et dixit eis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia eícient : linguis loquantur novis : serpentes tollent : et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Et Dóminus quidem Iesus, postquam locútus est eis, assúptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

En ce temps-là, Jésus apparut aux onze apôtres pendant qu'ils étaient à table, et il leur reprocha leur incrédulité et la dureté de leur cœur, parce qu'ils n'avaient pas cru ceux qui avaient vu qu'il était ressuscité. Puis il leur dit : « Allez par le monde entier et prêchez l'Évangile à toute créature. Qui croira et sera baptisé, sera sauvé ; mais celui qui ne croira pas, sera comdamné. Et voici les miracles qui accompagneront ceux qui auront cru : ils chasseront les démons en mon nom ; ils parleront des langues nouvelles ; ils prendront les serpents, et s'ils boivent quelque breuvage mortel, il ne leur nuira pas ; ils imposeront les mains sur les malades et ceux-ci seront guéris. »

Après leur avoir parlé, le Seigneur Jésus fut enlevé au ciel et il s'assit à la droite de Dieu. Pour eux, ils s'en allèrent prêcher en tous lieux. Le Seigneur était à l'œuvre avec eux et il confirmait leur parole par les miracles qui l'accompagnaient.

OFFERTOIRE *Psaume 46, 6*

Ascéndit Deus in iubilatióne, et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Dieu monte au milieu des acclamations ; le Seigneur s'élève au son de la trompette, alléluia.

SECRÈTE

Súscipe, Dómine, múnera, quæ pro Fílii tui gloriósa censióne deférimus : et concéde propítius ; ut a præsentibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus ætérnam. Per eúndem Dóminum.

PRÉFACE DE L'ASCENSION

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere : Dómine, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum.

Qui post resurrectiónem suam ómnibus discíplis suis maniféustus appáruit, et, ipsis cernéntibus, est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militía cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes :

COMMUNION *Psaume 67, 33-34*

Psállite Dómino, qui ascendit super cælos cælórum ad Oriéntem, allelúia.

POSTCOMMUNION

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens et miséricors Deus : ut, quæ visibílibus mystériis suménda percépimus, invisíbili consequámur efféctu. Per Dóminum.

Accueillez, Seigneur, les dons que nous vous présentons en l'honneur de la glorieuse Ascension de votre Fils ; et dans votre bonté, accordez-nous d'être délivrés des dangers présents et de parvenir à la vie éternelle. Par le même...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant, par le Christ notre Seigneur.

Après sa résurrection, il apparut clairement à tous ses disciples, et sous leur yeux il s'éleva au ciel pour nous rendre participants de sa divinité.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

Chantez pour le Seigneur qui monte vers l'Orient jusqu'au plus haut des cieux, alléluia.

Nous vous en prions, Dieu tout-puissant et miséricordieux : faites que ce que les mystères visibles nous ont permis de recevoir, nous l'obtenions quant à l'effet invisible. Par...